

## INTIMATIO SOLLEMNIS,

QVA

SERENISSIMI, INVICTISSIMI AC AUGUSTISSIMI  
PRINCIPIS AC DOMINI,

DOMINI

## CAROLI VI,

S. R. I. IMPERATORIS, SEMPER AUGUSTI, GERMANIÆ, UTRI-  
USQUE CASTELLÆ, ARAGONIÆ, LEGIONIS, REGNI NEAPOLITANI,  
SICILIÆ, HIÉROSOlyMÆ, HUNGARIÆ, BOHEMIÆ, DALMATIÆ, CROATIÆ,  
SCLAVONIÆ, NAVARRÆ, GRANADÆ, TOLETI, VALENTIÆ, GALLICIÆ, LU-  
SITANIÆ, MAJORICIÆ, ANDALUSIÆ, SARDINIÆ, CORDUBE, CORSICE, MURCIE,  
GIENNI, ALGARBIÆ, ALGEZIRÆ, GIBRALTARIÆ, INSULARUM CANARIÆ  
ET INDIARUM, INSULARUM TERRÆ FIRMÆ ET OCEANI cet. REGIS,ARCHIDUCIS AUSTRIÆ, DUCIS BURGUNDIÆ, LOTHARINGIÆ,  
BRABANTIÆ, MEDIOLANI, STIRIÆ, CARINTHIÆ, CARNIOLÆ, LIMBURGI, LÜ-  
ZENBURGI, GELDRIE, WIRTEMBERGÆ, ET TECCE, SUPERIORIS ET INFERI-  
ORIS SILESIE, CALABRIÆ, ATHENARUM ET NEOPATRIÆ cet.PRINCIPIS SUEVIÆ, CATALONIÆ, ASTURIÆ ET TRANSYLVANIÆ,  
COMITIS PROVINCIALIS ALSATIÆ, MARCHIONIS S. R. I. BURGAVIÆ, MO-  
RAVIE, SUPERIORIS ET INFERIORIS LUSATIÆ, PRINCIPALI DIGNITATE COMI-  
TIS HABSPURGI, FLANDRIÆ, TIROLIS, FERRETÆ, KYBURGI, GORICIE, ET AR-  
TESIÆ, COMITIS BURGUNDIÆ, NAMURCI, ROSS LII ET CERITANIÆ cet.DOMINI VINIDORUM MARCHIÆ, PORTENAVIÆ, BISCAJÆ, MOLINI  
SALINCHII, TRIPOLIS ET MECHLINII cet. cet. cet.IMPERATORIS, REGIS ET DOMINI NOSTRI  
LONGE CLEMENTISSIMI

## FESTUM CORONATIONIS

VIGINTI ABHINC ANNIS ANTE FRANCOFURTI RITIBUS IMPERATORE ROM.  
DIGNISSIMIS ACTUM

NON DEVOTISSIMA MODO CULTUS RATIONE IN MEMORIAM REVOCAT.

SED ID IPSUM ETIAM d. 22. DECEMBR. A. O. R. clō Io ccxxxii.  
IN ACROATERIO SUPERIORI SCHOLÆ WERNIGERODANÆ ORATORIA PIETATE  
CELEBRANDUM INDICIT,

SIMULQUE AD HANC PANEGYRIN

CELISSIMOS atque ILLUSTRISSIMOS NOSTROS COMITES ac  
DOMINOS CLEMENTISSIMOS,OMNESQUE AC SINGULOS MÆCENATES, PATRONOS & FAUTO-  
RES NOSTRÆ REI SCHOLASTICÆSUBIECTISSIMO, DEVINCTISSIMO AC OFFICIOSISSIMO ANIMI CULTU  
INVITAT

EUSTASIUS FRIDERICUS SCHÜTZE,

Rector Lycei Wernigerodani.

WERNIGERODÆ, Ex Officina Struckiana.



Kapsel 78N2 [125]

X3059816

AK



Eni, salve,

lætissima aurora, optima lux  
niveo signanda lapillo,  
quippe quæ

*toti Imperio Romano  
Festum*

ΣΤΕΦΑΝΟΦΟΡΙΑΣ

Aquilæ birostris, Imperiique Romani

*Nutritoris atque Monarchæ,*

*Serenissimi, Invictissimi ac Augustissimi*

*Principis ac Domini,*

DOMINI

# CAROLI VI,

Electi Romanorum Imperatoris, semper Augusti, ac Ger-

maniæ, Hispaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ,

Sclavoniæ cet. Regis, Archiducis Auftriæ, Ducis Burgundiæ, Styriæ,

Carinthiæ, Carniolæ & VVirtenbergæ, Comitis Tyrolis,

cet. cet. cet.

*Imperatoris, Regis & Domini nostri longe clementissimi,*

*idque bonis avibus revertens*

*exhibes,*

Et ad celebrandum bene immo optime commendas

Omnibus ac singulis

*Sacræ Cæsariæ Majestatis*

*Subjectis, Cultoribus ac servis*

*fidelissimis, devotissimis.*

*Salve, inquam, sollempnis dies,*

quo

*Musa ad radices Bruçteri ætatem degens*

*Devictissima cultus ratione*

*Augustissimum aquilæ biverticis altorem*

*Threicias sarissas a christiano orbe arcentem*

*dignissimis encomiis ad fidera usque evehere,*

*Quantum fert illa,*

*ansam omnino capere poterit.*

Verum enim vero,  
utrum huic nostræ tenuitatis satis conscia  
ad eburneum Casarea Majestatis solum ut accedat  
institamque Augustissimi Possessoris, (vavio pertingat,  
copia detur,

prius non sine causa expediendum,

Hem

Spes Deo, genioque Casarei numinis plusquam optimo suffulta

nos alit,

litterariam æque Cherulcorum pubem

ac omnem Germani sanguinis gentem,

quia hic gratiosissimus Teutonum Parens

Ipso Vespasiano etiam charior existit,

Ei curæ cordique esse

immo fore, ut

Aquila trochilum

Leo catulum

&

Sol violam

ferat, amet, lustret,

Est enim

Augustissimus Carolus

cui poeta accinit:

Imperium gerens ætas quod nulla tacebit.

Est etiam,

Quem summum caput Aonias efferre per artes

Juvit, & ingenio conciliare decus.

Nam si ceteras

linguas, artes & scientias miseris,

quas optime callet,

imprimis ut Mæcenas & cultor poetices

tesseram suam addit orbi litterario.

Respice, lector, sodas, iterum iterumque

Hortensium Maurum, egregium poetam;

his litteris eisque metricis Augustissimum orantem:

Sana mihi medici adfirmant fore vina Tokaii,

Sed terrent parcum tam pretiosa satis,

O, vinam, ut sacris dat Apollo fontibus uti,

Des mihi dulce frui, Carole. posse mero.

Non feuda & vitulos, nec gemmas posco nec aurum,

Musta peto stomacho prosperiora seni.

Protegat Hungaricas felix victoria vires,

Fecundi calices arma virumque canent.

Quas tibi non tribuens laudes, Auguste, Camæna

Si pro Pegasæis vina refundis aquis.

Cum mihi missa bibam, reddam tibi verba Maronis:

Divisum Casar cum jove nectar habes.

Et statim Carolum longe clementissimum

(quod pace Ejus indulgentissima adjecerim)

proprio Marte hoc metro respondentem:

Vina tibi mitto non inferiora Falernis,

Que tibi lenta solent astra parare, More.

Ebibe, nequaquam Regis meminisse dolebis,

Qui summum in toto possides orbe merum.

Stambuldam propero, qua sauslo numine capis

Tum vini Græci dolia plena dabo.

Nec Tokajani deerit tibi copia musti,

Nam te longevè vivere Casar amat.

Ex quo dato specimine  
aliisque haud spernendis rationibus  
Non obscure colligere licebit,  
quam clemens, quamque propitius  
*Summus Germania Princeps atque Pater*  
in concinnam liberalium artium venustatem sit.  
Resonet ergo Wernigerodana  
Pietatis, eruditionis & morum officina  
hac clementissima Caroli nostri indole freta  
Laudibus hujus summo meritis opere.  
Id quod quidam  
ex nostro cœtu  
indefessus probitatis & artium politiorum alumnus  
sibi sumere fatager.  
Prodibit nimirum  
craftina luce hora 2, pomeridiana adveniente divina gratia  
in cathedram  
*Carolus Christianus Fridericus Matthai, Lobda-Jencensis,*  
*æque STMBOLO*

*Augustissimi Imperatoris*  
**CAROLI VI,**

Quem Deus ad seros usque annos servet,  
latino idiomate  
Orationem Scholasticam,  
quantum ejus ætas feret,  
habebit.  
Quem ut  
*Celsissimi atque Illustrissimi Comites*  
ac  
*Domini nostri clementissimi*  
ceterique  
*Maccenates, Patroni & Fautores,*  
qua sunt clementia atque humanitate  
audire  
eumque in finem dicto tempore  
in acroaterio superiori Lycei nostri convenire velint,  
subjectissima atque officiosissima  
cultus ratione,  
qua par est,  
Oro, obtestorque.

*P. P. Wernigerode d. 12, Calend. Januarii A. S. MDCCXXXI,*



78N2 [125]

4


# INTIMATIO SOLLEMNIS,

QVA

SERENISSIMI, INVICTISSIMI AC AUGUSTISSIMI  
PRINCIPIS AC DOMINI,

DOMINI

# CAROLI VI,



RIS, SEMPER AUGUSTI, GERMANIE, UTRI-  
 ARAGONIÆ, LEGIONIS, REGNI NEAPOLITANI,  
 Æ, HUNGARIÆ, BOHEMIÆ, DALMATIÆ, CROATIÆ,  
 E, GRANADÆ, TOLETI, VALENTIÆ, GALLICIÆ, LU-  
 NDALUSIÆ, SARDINIÆ, CORDUBÆ, CORSICIÆ, MURCIÆ,  
 ALGEZIRÆ, GIBRALTARIÆ, INSULARUM CANARIÆ  
 SULARUM TERRÆ FIRMÆ ET OCEANI cet, REGIS,  
 TRIÆ, DUCIS BURGUNDIÆ, LOTHARINGIÆ,  
 ANI, STIRIÆ, CARINTHIÆ, CARNIOLÆ, LIMBURGI, Lû-  
 WIRTENBERGÆ, ET TECCE, SUPERIORIS ET INFERI-  
 CALABRIÆ, ATHENARUM ET NEOPATRIÆ cet.  
 CATALONIÆ, ASTURIÆ ET TRANSYLVANIÆ,  
 S ALSATIÆ, MARCHIONIS S R I. BURGAVIÆ, MO-  
 INFERIORIS LUSATIÆ, PRINCIPALI DIGNITATE COMI-  
 ORIÆ, TIROLIS, FERRETÆ, KYBURGI, GORICIÆ, ET AR-  
 BURGUNDIÆ, NAMURCI, ROSS LII ET CERITANIÆ cet.  
 I MARCHIÆ, PORTENAVIÆ, BISCAJÆ, MOLINI  
 , TRIPOLIS ET MECHLINII cet. cet cet.  
 S, REGIS ET DOMINI NOSTRI  
 GE CLEMENTISSIMI  
 M CORONATIONIS  
 IS ANTE FRANCOFURTI RITIBUS IMPERATORE ROM.  
 DIGNISSIMIS ACTUM  
 IA MODO CULTUS RATIONE IN MEMORIAM REVOCAT,  
 IAM d. 22. DECEMBR. A. O. R. clō Io CCXXXI.  
 ORI SCHOLÆ WERNIGERODANÆ ORATORIA PIETATE  
 CELEBRANDUM INDICIT,  
 LQUE AD HANC PANEGYRIN  
 E ILLUSTRISSIMOS NOSTROS COMITES ac  
 OMINOS CLEMENTISSIMOS,  
 GULOS MÆCENATES, PATRONOS & FAUTO-  
 NOSTRÆ REI SCHOLASTICÆ  
 EVINCTISSIMO AC OFFICIOSISSIMO ANIMI CULTU  
 INVITAT  
 ASIUS FRIDERICUS SCHÜTZE,  
 Rector Lycei Wernigerodani.



WERNIGERODÆ, Ex Officina Struckiana,

Kapsel 78N2 [125]

X3059816

AK